

DEO DUCE  
DISPUTATIO JURIDICA  
SEPTIMA

IN  
TITULOS LIBRI Trigesimi Se-  
ptimi, 38. 39. 40.

DIGESTORUM  
CUM COLLATIONE  
JURIS SVECANI.

P R E S I D E

*VIRO Amplissimo ac Consultiss.*

MICHAELE O. VVEXIONIO,  
J. U. D. ac Juris, Pol: & Hist: in Academ.  
CHRISTINÉà Profess: laudatiss: Me-  
cœnate ac Præceptore suspiciendo.

*Auth, & Resp.*

JACOBO P. CHRONANDRO W.G.

*Publicè Proposita ad diem Junij Ann. 1650.*

A B O Æ,

*Imprimebat PETRUS Wald/ Acad. Typ. A. 1650.*

LIBRARIUS

DEPARTMENTO JURIDICO

TITULOS LIBRI TITULOS 25

DIGESTORUM

CUM GLOSSA


MICHAELIS O. VEXIOMI

CHRISTIANUS PROTECTOR

JACOBO P. CHRONANDRO W.G.

A B O

PROFESSOR

  
 TRANSITIO.

**A**CTum est in Proximâ Dispu-  
 tatione, quomodo Jus Civile  
 successorem in bona defuncti, ex te-  
 stamentis, nunc quomodo Prætor  
 eandem per Bonorum possessiones,  
 differt.

Pars Sexta Digest. LIB. 37.

T H E S I S I.

Tit. 1.

**B**onorum possessionem, Præ-  
 tor, motus æquitate, non minus  
 tuetur, quàm lex civilem successi-  
 onibus, quàm ob causam non hereditas dicitur  
 quia Prætor neminem hæredem fa-  
 cere potest, cum id sit solius legis. In  
 effectu tamen nihil ferè distat ab he-  
 reditatibus; Bonorum enim posses-  
 sores sunt loco heredum. Inst. b. c.  
 Hodie itaq; magis intricata, quàm  
 necessaria aut utilis est hæc materia.

De Bonos-  
rum posses-  
sionibus.

Successio  
est 3pl. Leg-  
gitima, Tes-  
tamentaria  
& Prætoria.

Vel est Jus  
successionis  
prætoriz in  
bonis defun-  
cti.

2. Bonorum possessio jus est  
(Prætorium sive honorarium, unde ab hereditate differt.) persequendi, retinendiq; (persequitur qui non possidet, retinet qui possidet) patrimonij live rei, quæ cujusq; cum moreretur, fuit. L. §. 2. hic, vel ut Cujac. hereditas possessione retenta. Huc quodammodo spectant, cap. 15. 16. §. 1. to. 12. C. 1. C. 1. C. 1. olim dividebatur in *Edictalem*, quâ edictis antea latis; & *Decretalem*, quâ jam petenti particulari decreto, possessio à Præatore dabatur.

3. Et introduxit olim Prætor Bonorum possessionem: partim ad emanandum jus Civil: quo non ita satis provisum quōdam erat, tē in causa testati quā in intestati; Sic filium emancipatum ab intestato, item alium posthumum heredem institutum, cognatos, lex 12. Tab: à successione excludebat, quibus tamen Prætor naturalis æquitatis memor, Bonorum possessio concessit. Hinc tituli undē



undè liberi, undè cognati &c: partim ad confirmandum jus civil. sic suos heredes & cognatos & testamento factos heredes ad Bon: poss: etiam vocat. Partim alias ob causas; utpote ne quis sine herede moreretur, etiam inter alia contra voluntatem defunctorum. l. 6. §. 1. &c: Et omnia in eum finè, ut contra æquitatem naturalem strictè ex jure civ: (quod hic Prætor dilatavit) hereditate exclusi, eandem ex æquo & bono consequerentur. Inst: h. t.

4. Hodiè sex sunt species Bonor: possess: dux ab intestato sc: secundū vel contra tabulas i. e. testamentum, quatuor ab intestato. Hinc tit. undè liberi, cognati, legitimi, vir & uxor. Cap: 1. 2, §. 1, St. 1. Grff B.

5. In omnibus vice heredum bonorum *Not. Lex* possessores habentur. L. 2.

6. Dantur Bonorum possessiones *Tit: 2.* siue tabulæ testamenti, pro præsentibus *Si Tabulæ testamenti* extent, siue tempore mortis testatoris extiterunt. *EXTENDITUR* Generalis hic est titulus spectans successiones testati. l. 11. hic.

**Tit: 3.** 7. De his Personis hic agitur, qu. De Bonorum possessione furiosos, infanti, muto, surdo, cæco, competente.  
admittendi vel quomodo ad bonorum possessionem: quibus tempus bonorum petendæ possessionis non ita currit, quamvis neglectum sit ab ipsorum tutoribus vel curatoribus, l. 1 arg: c. 8. 18. Jord. 21.

**Tit: 4.** 8. Hæc bonorum possessio datur De Bonorum possessione contra tabulas.  
parentibus, patronis, sed præcipuè liberis, qui mancipati vel præteriti, nisi justè sint exheredati. l. 1, & 8, §. 2.  
9. Non quilibet exhereditatio summovet filium à possessione, sed quæ ritè facta. l. 1, c. 12. 13. p. 2, ff. hic.

**Not. Lex Tit: 5.** 10. Olim si bonorum possessio contra De Legatis præstandis contra tabulas bonorum possessionem petita  
tabulas obtinebatur, tunc legata non debebantur, nisi hic certis personis, liberis parentibus, mulieri dotis nomine &c: l. 1, & 6. Hodie verò aliud fervatur, & omnia legata debentur. Per Auth, ex causa. cod. de lib. prat.

**Not. Lex Tit: 6.** 11. Intestato mortuo patre super donationibus mortis causa factis non poterit filius queri. Quoniã cõparatio nulla legatorum occurrit. l. 20.

**Tit: 6.** 12. Quidam ad bonorum possessionem admissi, præcipuè emancipati, tenentur conferre cum cæteris heredibus.  
Tit: 20.

13. Collatio est bonorum hereditariorum acceptorum confusio sive in commune illatio, ut communi hereditate permittitur, inter omnes coheredes æqualiter dividantur. vid: cap. 15. §. 10. St. l. Erff B.

14. Deducitur tamen prius æs alienum, impensæ funebrales, testamenta, &c: vid: 22. §. 17. 19. §. 2. St. l. Erff B. 32, Kong: B. §. 1. Bthani galdam &c: Vid: etiam cap: 16. §. 12. St. l. Erff B.

15. Sua in medium conferre debet qui appetit iura aliena, l. 1, in pr. Tatiens collationis locus est, quotiens incommodo aliquo affectus est is, qui in potestate est interventu emancipati alias cessat. l. p. 5.

16. Conferenda etiam est hic in commune dos, præcipuè profectitia, cum pater necessario in J. R. olim tenebatur dotare filiam, ideoq; non videtur voluisse eam esse propriam: *Cum in necessitatibus nemo liberalis existat aut simpliciter donasse videtur, Quid jus nostrum* vid: C. 12, 13, §. 1. Siff. sed non æquè conferendæ meræ simplicis donationes & sumptus in honorem

*Notabiliores leges*

Tit: 7.

De Collatione dotis.

norem & studia liberorum colloca-  
ti. l. 50, fam: fieri.

**Tit. 8.** 17. Si pater filium emancipave-  
rit & liberos ejus in potestate retinuerit, tunc hodie unam personam representant in aditione hereditatis; quamvis olim pars dimidia filio emancipato, dimidia negotibus, non emancipatis, debebatur. l. 1.

**Tit. 9.** 18. Prospicit hic Prætor nascituris i. e. posthumis adeo ut venter (*nisi justè exheredatus*) sive prægnans in B: possess: contra tabulas mittatur. arg: c. 22. §. 17. St. l. Giff. B. 10, §. 8. St. l. Erff. B. Venti in possess: missi & bonis hic curatores dantur. l. 1. §. 17.

**Tit. 10.** 19. Si ita contigerit quod impuberi quæstio status moveatur, an inter liberos sit, datur tamen hic bonorum possessio, judicioq; ad annos pubertatis prolato. l. 1.

**Tit. 11.** 20. Hic agitur de bonorum possessione secundum tab. confirmandi juris civ: causa introductâ, datâ scriptis vel nuncupatis heredibus, ut  
ex

De Bonorum  
sum possessio  
ne secundum  
tab. las. C. 6. §. 11.



ex verbis testamenti possessionem consequantur, arg: c. 17. Jordb. Et. l.

21. Exigit prætor, ut is, cuius bonorum possessio datur utroq; tempore ius testamenti faciendi habuerit & eum facit testamentum & cum moritur. l. 1. p. 3.

Not. Lex

22. Non tantum liberis, sed etiam parentibus, ad exemplum patroni & avi, præteritis, datur bon. possessio contra tab., si liberi à parente sint manumissi: quippe à parente beneficium habuerunt bonorum quaerendorum emancipatione factâ. l. 1.

Tit: 12.

Si à parente quis manumissus.

23. Iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam suarum rerum alienationem. l. 2.

Not. Lex

24. Id valet in pagano filiorum testamento excipitur ergò hic militare, si n. filius testatus fuerit in militia, de castrensi peculio, non datur patri bon. possessio contra tab. *rata quippe erunt suprema militum iudicia quibuscunq; modis facta.* tit: testam: milit.

Tit: 13.

De Bon. possessione ex testamento militis.

25. Datur etiam Bon. possessio patroni præteritis, contra tabulas libertorum in signum gratitudinis, quod ab illis manumissi & libertate

Tit: 14.

De Jure patronatus.

bona quærendi nacti sine,

- Not. Lex** 26. Si ingratus libertus fit, non impunè ferre eum oporteat. L. 1.
- Tit: 15.** 27. Singularis reverentia & obsequium parentibus ac patronis debetur, illis quia vita naturalis; his: quia vita civilis, libertas, communicatur, arg: 31. ff. 15. **St. L. Jord B.**
- De Obsec** 28. Liberto & filio semper honesta & sancta persona patris & patroni videri debet. l. 9.
- quibus paren-** **Not. Lego** 29. Contra patronum famosam actionem institui non potes. l. 1, cod: hic.
- tibus & pas-**
- tronis præ-**
- standis cod:** 30. Non tantum obsequia sed etiam opera (qua sunt diurnum officium) l. 1. Et vel artificiales aut officiales, liberti patronis præstare tenentur, has tamen naturaliter, illas ex promissione. L. 7.
- 6, 6.**
- LIB. 38.** 31. Imponi opera ita, ut ipse libertus se alat, non possunt. l. 5, 3.
- Tit: 1.** 31. Notandum est patronos consequi bonorum possessionem adversus testamentum libertorum, si præteriti sunt unde tertiâ bonorum partem heredi scripto auferunt. Inst: h. t. de success: libert: §. 4. dum eorum bona excedunt centum aureos.
- De Operis**
- Libertorum.**
- cod: 6, tit:**
- 3.**
- Not. Lex**
- Tit: 2.**
- De Bonis**
- libertorum.**
- 6, 6, 4.**
- Succe**

Succedunt etiam ab intestato, non extantibus libertorum liberis parentibus, fratribus, sui heredibus, §. 4. inst: de succell: libert.

32. Absurdum videtur licere patrono partim cōprobare iudicium defuncti partim evertere, l. 7.

33. Dantur quoq; Bon. possess: universitatibus & collegijs servis libertatē conferentibus ad verius tab. l. un. hic.

34. Mortuo patrono transfertur jus patronatus ad ejus liberos & quidem æqualiter, nisi uni eorum libertum peculiariter assignaverit. l. 1. m.

35. Jus patronatus, propriè illud est, quod quis in libertos aut suos clientes habet: Quamvis enim datâ n. anumissione non sit liberti Dominus manumissor, retinet tamen jus patronatus, & in pluribus declaranda gratitudinis causâ ei est obligatus manumissus.

36. Et jus patronatus duo præcipuè continet: 1. reverentiam & officia liberti patrono præstanda.

*Not. Lex*

*Tit: 3.*

*De Libertis universitatibus & municipum.*

*Tit: 4.*

*De Assignâ dia libertis.*

2. Bona est, adeo ut liberto sine  
hæredibus proximioribus disceden-  
te, patronus ab intestato ei succedat.  
Inst: de success: lib.

37. Unde etiam ad similitudinem,  
Templum sive scholam erigentes  
vel liberaliter eis donantes, jus pa-  
tronatus in illa consequi dicuntur.  
vid: C, 5, Xyri: D. p. 33. priv: ord: Eqv.

38. Estq; tripl. 1. *Honorificum*, quo  
consensus patroni ad constituendū  
Ecclesiæ pastorem requiritur. cit:  
cap: 5 Xyri: D. 2. *Utile*, ut jus se-  
pulchri. Item patrono ad incitas  
redacto vitæ necessaria ab ecclesia  
debentur. 3. *Onerosum* unde patro-  
nus Ecclesiæ commodis summā cu-  
rā consulat. *Not.*

Patronum facitur: 1. or, ædificatio, fundus.

*Not. Lex* 39. Assignare quis potest quibuscunq; verbis,  
nutu, testamento, codicillis vel vivus. l, 1, p, 3.

*Tit: 9* 40. Si libertus dolo malo, ne pa-  
tronus sibi debitam partem conse-  
quatur, alienaverit, datur hic patro-  
no actio Fabiana, (à pratore Fabio)  
quæ liberto testato vel Calvisiana (à  
Calvine



*Calvisio*) quæ intestato, locum habet,  
ad detrahendam portionem legiti-  
mam. l. 1. cod: hic.

41. Omne quodcunq; in fraudem patroni  
gestum est, revocatur. l. 1. p. 3. *Not. Lex*

42. Haftenus de bonorum posses- *Tit: 6.*  
sionibus è testamento; sequuntur *Si Tabulae*  
ab intestato. Ubi primò succedunt *testamenti*  
liberi incapita, sive in potestate pa- *nulla extra-*  
rentum sive sui sint juris, l. 1. cap: 1. *bunt, undè*  
*liberi. cod:*

*Grff. B.* Cum quibus pariter succes- *6. 54.*  
dunt, nepotes in stirpes (*h. e. tota*  
*stirps unicam parentis, quem representat,*  
*partem tollit*) non capita (*h. e. pro nume-*  
*ro capitum sive personarum.* cit: cap:

43. Ita autem ab intestato potest competere *Not. Lex*  
bonorum possessio, si neq; secundum tabulas,  
neq; contra tabulas bonorum possessio agnita sit.  
l. 1. p. 2.

44. Legitimi heredes latè dicun- *Tit: 7.*  
tur qui manifestò ab intestato, lege *Unde legiti-*  
(*utpote patroni, licet non sint agnati: inst:* *mi. cod: 6.*  
*de leg. patr. tut. & Parentes*) succedunt. *tit: 15.*

c. 15. §. 1. l. l. *Grff. B.* Sed specialiter  
legitimi vocantur consanguinei a-  
gnati h. e. per virilis sexus personas  
cognitione juncti, quasi à patre  
*cognat*

cognati, ut frater eodem patre natus, fratris filius, patruus ejusq; filij. vel Agnati sunt cognati per patrem ex eadem familia i. *Grff. b.*

*Notabilis  
or Lex.*

45. Inter adgnatos & cognatos hoc interest quod in adgnatis & cognati continentur, in cognatis non utiq; & adgnati. Verbi gratia, patruus & adgnatus est & cognatus est, Avunculus autem cognatus est, adgnatus non est. l. 5. Quamdiu spes est suum heredem aliquem defuncto existere; tamdiu consanguineis locus non est. Puta si defuncti uxor pragnans sit, aut defuncti filius apud hostes sit. eadem. Arg: C. 10, 16, L. 8, 12, Et L. *Grff. b.*

**Tit: 8.**  
Unde cognati,  
q. cod: 6.15.

46 Post legitimos promittit praetor Bon. possessionem cognatis, quasi ex uno natis, & stricte hic ij dicuntur qui sanguinis jure defuncto juncti, non tn. fuerunt in ejus familia, ut conjuncti per lineam duntaxat foemineam: cognatio enim specialiter est naturalis per foeminas, sicut adgnatio per mares, conjunctio. Qui olim jure Civ: non, nisi post suos & legitimos, ad successionem admittebantur. l. 1, in pr. sed hodie sublatam est suitatis (que est sui heredis qualitas) cognationis & agnatio-

nis deserimen per Nov. 118. C. 4. itaq;  
indifferenter ad eunt. Etiam in J. N.  
C. 2. *Erff B. Bihan Syfter Barn lesa*  
wa. 3. cap. *Moder Brodher.*

47. Hæc bonorum possessio nudam habet *Nos. Lex*  
pretoris indulgentiam: neq; ex iure civili originē  
habet. l. 1, in pr. Cognationem etiam facit ad op-  
tio. p. 4.

48. Quoniam Prætor plures gra- *Tit: 9.*  
dus ad bon. possess. ab intestato ad- *De Successo-*  
misisset, itaq; non petente vel repu- *rio edicto.*  
diante primo gradu, scilicet liberorum, *cod: 6, 16.*  
succedit, secundus, scilicet agnatorum,  
postmodum cognatorum gradus, &  
sic consequenter, ne actiones credi-  
torum diu multumq; protraheren-  
tur. Certum tempus bon. possess. ad-  
eundi constituit, unde parentes intra  
annum utilem, cæteri intra centum  
dies hic petere tenerentur. ff. hic.

49. Successorium edictum idcirco propo- *Not. Lex.*  
situm est, ne bona hereditaria vacua sine domino  
diutius iacerent, & creditoribus longior mora se-  
ret. l. 1, in pr.

50. Quoniam gradu proximior *Tit: 9.*  
es excludunt remotiores, Cap: 3, §. *De Gradib;*  
§. 1. *St. 1. Erff b.* Cum tamen *& affinibus*  
& nomine: *& nomine:*  
*EXCEP. eorum.*

exceptione ibidem, per magni interest scire gradus cognationum, ut quis alteri præferendus, intelligatur.

51. Arbor consanguinitatis sive cognationis (*quæ vel est naturalis, inter naturâ & sanguine, vel Civilis, inter adoptione junctas*) est series, quæ monstrat quomodo personæ ab eodem stipite ortæ jure sanguinis, (*ad differentiam affinitatis & adoptionis*) junctæ, inter se distant & se invicem attingunt.

52. Arbor, affinitatis indicat personarum proximitatem ex justis nuptiis (*secundum Canones ex quolibet coitu*) ortam.

53. Consideranda in arbore, 1. *Linea* quæ est collectio personarum ab eodem stipite discendentiū, continens gradus & distingvens cognationes.

54. Estq; 3plex 1. *Ascendens* sive superior in qua Pater, mater, avus &c. 2. *Descendens* sive inferior in qua filij, nepotes, pronep. &c. C. 1, Erff. B.

Introducta est propter matrimonia hereditates & tutelas.

Affinitas contrahitur inter conjugem & alterius conjugis cognatos.

Not. Cognatio est ipsa tota proximitas:



5. *Collateralis* sive *transversalis* ut fratres & sorores, patruus, & vunculus &c. eorumq; liberi. Quæ est iterum *Æqualis*, cum cognati æqualiter distant à comuni stipite. Ut duæ sorores. *Inæqualis* e contra, Ut soror & sororis filia.

55 2. *Gradus*, (qui est intervallum, quo cognoscitur, quæ persona stipiti proximior. Vel est ordo cognationum sive agnationum) desumitur à generatione, & qualibet generatio facit gradum.

56. Ex arbore desumitur computatio. Quæ *Canonica*, ex jure canon. vel *Civilis* ex jure civ: In linea ascendente & descendente conveniunt. *Illæ* quippè ibi pro fundamento hanc ponit regulam: *Tot sunt gradus, quot persona, unâ demptâ, s: stipite.* Hæc has habet regulas: *Quot sunt generationes, tot sunt gradus, & generata persona semper adjicit gradum.* E.g. Si quæ ratur quoto gradu distent Rex Carolus pater & Gustav: Ad: filius. R.

Linea est proximitatum separatio.

Gradus de uno proximo in alium transitus.

Sive est generatio constans per personam generantem & generatam.

Illæ præcipue in causis matrimonialibus; Hæc in hæreditatibus & tutelis observatur.

numerentur personæ, quæ sunt duæ,  
 unâ igitur demptâ, remanet una, sunt  
 igitur in primo gradu, quia tot sunt  
 gradus, quot personæ, unâ demptâ si-  
 ve, est una generatio E. unus gradus.  
 Item si de Rege Carolo & Christina  
 Regina nepte quaratur? R. sunt in  
 secundo gradu, nam est 2da genera-  
 tio E. 2dus gradus. Item Regina nos-  
 tra à proavo suo Gustavo primo, di-  
 stat 3tio gradu. Sic illustriss: Comes  
 Petrus Brahe Drotzetus distat 3tio  
 gradu à proavo suo Joachimo E. A.  
 quoniam 4tvor sunt personæ, Petrus  
 Brahe/ ejus Pater Comes Abrahamus  
 avus ejus Petrus Brahe & proavus  
 Joachimus quâ personâ demptâ re-  
 manent tres, sunt igitur in 3tio gra-  
 du. Sive tres sunt generationes,  
 tres itaq; gradus.

Sic Joachis-  
 mus Gustav-  
 vi I. mi foro-  
 rem german-  
 nam Uxor-  
 vem habuit.

Hinc due  
 gradus lega-  
 les confitit-  
 unt unum  
 Canonicum.  
 gradum.

57. Not: Legistæ has reg: etiam in  
 linea collateralis observant, at non  
 canonistæ, sed duos gradus in unum  
 contrahunt, jus enim Canon: dicit  
 in linea æquali collat: Quos gradus  
 uterq;

uterq; distat à comuni stipite eodem inter  
se distant. E. g. Gustavus Ad: ac ejus  
soror Catharina distant à communi  
stipite patre R. Carolo, primo gradu  
E. eodem inter se distant Sed ex jure  
civ. (quod in collater. non constituit pri-  
mum gradum: quia frater à fratre vel so-  
rore non generatur) 2do distant gradu  
Nam ibi quoto gradu collaterales  
secernuntur à comuni stipite, eo gra-  
du duplicato inter se distant: Quia  
quælibet persona ab utroq; latere fa-  
cit gradum in transitu. E. g. Gustavi  
Magni Magna filia Christina & ejus  
sororis Catharinæ filii p:ps heredi-  
tarius Carolus Gustavus ex jure civ:  
sunt in 4to gradu. Quinq; n. sunt  
personæ & quælibet facit gradum,  
demto igitur stipite, Rege Carolo,  
remanent quatuor, sunt itaq; in 4to  
consanguinitatis gradu. Sed ex J.  
Con: sunt in 2do gradu juncti.

52. In linea inæqv. transv. Cano-  
nistæ hoc sequuntur fundamentum:  
Quoto gradu remotior distat, à com

moni stipite, eodem gradu transverso  
 si inæquales inter se distant. E. g.  
 si scire cupis quoto gradu Regina  
 Christina est Principi Carolo Philip-  
 po patruo suo. Numera à remotio-  
 ri persona sz: Reg: Christina ad com-  
 munem stipitem Regem Carolum,  
 ac deprehendes illam per istam Reg:  
 Tot sunt gradus, quot personæ, sti-  
 pite demto esse Regi Carolo in 2do  
 gradu, erit itaq; patruo suo in 2do  
 gradu, sed ex J. civ: est ipsi 3tio gra-  
 du. Quatvor n. sunt personæ Chri-  
 stina Regina, Gustav: Adolp: Carol-  
 us Philippus & Rex Carolus stipes,  
 quo demto, remanent tres. E: quot  
 personæ tot gradus, una demtâ.

**Tit: 11.**  
 Unde Vir &  
 uxor.

58. Non extantibus alijs heredi-  
 bus, ad bon: possessiones vocantur  
 conjuges, si justum fuerit matrimo-  
 nium, ut conjunx superstes conjug  
 defuncto succedat.

**Tit: 12.**

De Veteras  
 norum &  
 militum sue  
 cessione.

59. Proprium hic occurrit de mi-  
 litum hereditate, quamvis capite de-  
 mnati sint milites propter militare

deli-



delictum, tamen peti possit bon. poss.  
sessio ex eorum testament. secundū  
tab. vel si intestati, conservatur legit:  
heredib⁹ possessio castrensiū bon.  
usq; ad istum gradum. Idem de ve  
teranis i. e. militiā honeste dimissis.  
Sed paganis capite damnatis succe  
dit ut plurimum fiscus. ff. de bonis  
damn. quod &c. fit. 8. 9. c. Hōgm: 11.

60. Ijs, qui defunctum mutare, aut  
facere testamentum prohibuerint.  
Item tempore exclusis. arg: cap. 1. 11.  
Erff: b. Bthlete. &c. hic non con  
ceditur bonorum possessio.

61. Non tantū ex edicto suo Præ  
tor, sed etiam lege & S. C. to, hic bo  
norum possessionem dat.

62. Testamento non facto ad bon.  
poss. 1. Vocantur sui heredes. 2. Le  
gitimi. 3. Cognati. 4. Coniuges. 5. fi  
scus. ut c. 2. Kongb 11. 23. 11. 18. St. 1.  
Erff B. Dana Urff.

63. Expositā Prætoriā successionē,  
agendum sequitur de successionē ei  
vili ab intestato, in qua idem ferme

Tit: 13.  
Quibus ad  
competis  
bonorum  
possessio. C.  
6. 9.

Tit: 14.  
Ut ex legib.  
Senatusve  
consultis B.  
poss. detur.

Tit: 15.  
Quis ordo  
in bonorum  
possessio ser  
vetur.

Tit: 16.  
De suis & le  
gitimis here  
dibus. C. 6.

servatur ordo, ac in bon. possess. adeo  
ut primò vocat descendentes. 2. a-  
scendentes, ast non semper solos.  
3. collaterales.

64. Sui (quia vivo parente sunt quo-  
dammodo Dñi hereditatis) & necessarij  
(quia jure antiquo adire cogebantur) he-  
redes, qui in potestate sunt moriētis  
& in familia proximum gradum te-  
nent tempore delatæ hereditatis.  
ut liberi, nepos.

**Not. Lex** 65. Intestati proprie appellantur, qui cum pos-  
sent testamentum facere, testati non sunt. l. 1. in pr.

**Tit: 17.** 56. Quoniam mater & liberi non  
**Ad S. C. Ter** fuerunt agnatione juncti, itaq; ex le-  
**Julianum** ge 12. tab jus invicem capiundæ he-  
**& Orphitri-** reditatis ipsis non competebat, quod  
**num. Cod,** per S. C. correctum est, ut sibi invicem  
**6, 55: 56.** succedant, 2. §. *Erff B.*

**Not. leges** 66. Sed & vulgò quæsi admittuntur ad ma-  
tris legitimam hereditatem. l. 1. p. 2. Vid: C. 19.  
l. 1. *Grillo Barn mā cy mēra ārfwa ān Twa*  
*Mardder effter Sader / oca ena effter Mjoder /*  
& 14. St. 2. Equissimum visum est omnes filios  
os, etiam adoptivos, matri perferri. l. 5.

**LIB. 39.** 67. Successionibus annectuntur  
**Tit: 1.** remedia, (præcipuè contra damnatum non  
**De Operis** datum

*dum factum,*) & edicta & interdicta, novi nunci-  
 quibus possessiones defenduntur, da- atione. cod:  
 mina relarciuntur, atq; injuriæ, tum §, II.  
 ex causa publica, (*sz. publicani vectis* Actum est  
*galia plus justò exigendo*) tum privata, de obligatio-  
 cum damnū non factum sed timetur nibus ex cōs-  
 fieri per ædificationes. arg: C, 9, §, I, tractibus &  
 B. B. St. I. Hwar man mā byggia. & c. realibus &  
 68. Nuntiare significat hic prohibi- personalib;  
 bere; Nuntiare op<sup>9</sup> novum est nun- item ex suc-  
 ciare ne novum opus fiat. Nuncia- cessionibus,  
 tio itaq; est legitima quædam prohibi- sequitur ge-  
 bitio facta novum opus paranti in nus obligas-  
 Reip. vel nostrum præjudicium, ad tionum ex  
 id, ut ab opere desistat, donec de jure damno in-  
 ædificantis constet. Aut præstita facto,  
 sit satisfactio, Arg: c, 5, §, 34, 40, in fin: *sz. supra*  
 Et. 13, 9, St. I. B. B. si sperta nuncia- *sz. supra*  
 tione perrexit, cogitur novum op- Nuncia-  
 pus demoliri. c. 3, St. I. B. B. Hwar tio fit aut in-  
 som annours mans Compt bygger olåf- ris nostri  
 wandes, bryte vp och bôte sex Markfer. conservandi  
 69. Opus novum facere videtur qui aut iuris tuendi  
 cando aut detrahendo pristinam operis faciem mu- causa.  
 tat. l, 1, p, II. Reip. interest, quam plurimos ad  
 defendendum suam causam admittete. L. 4.



**Tit: 2.** 70. Periculum metuens ex ruina  
 De damno vicinarum ædium, vel suggrundis aut  
 infecto & projectionibus rectè prætores adit,  
 de suggrundis & proiectionibus, petiturus, ut jubeat ædium possessores  
 rem sub pœna idoneè cavere aut satisfacere,  
 de damno, si quid datum fuerit, resarciendo. l. 13. Ejusmodi de  
 casibus vid: C. 8. St. l. Dråpm; b. m. Wåd. och  
 Erå wari i allo andro & c. 9. St. l. B. B. in pr: Får annat thera  
 pro arg: etiã sit cap: 3, §, 5, B. B. l. & 6. Dråpb. m. wåd. l. 5, St. l.

**Tit: 3.** 71. Simili modo si Dominus præ-  
 De Aqua & equum plus via arcens  
 diaz: C. 1. 14. dium metuerit magnum damnum ex  
 pluvia aqua propter opus recens factum  
 (si pluvia aliter, quàm natura soleat fluat in præjudicium vicini. 4. B. B.  
 St. l.) datur hic ei actio adversus ædificantem,  
 ut opus suis impensis tollat ac interesse, lite contestatâ, sarciasat.  
 arg: C. 33, §, 1, & in fin: Tå må och ingen swåbyggia at annars spilles. & c. 9, §, 1, B. B. St. l. Hwarmå & c. 72.

**Not. Lex**

In summa tria sunt, per quæ inferior locus superiori servit: Lex, natura loci, vetustas, quæ semper pro lege habetur, minuendarum litium causa. l. 2



73. Vestigal hic est, quod fisco ex Tit: 4.  
rebus, quæ advehuntur, vel evehun- De Publican  
tur & veneunt, penditur. Qui verò nis & vectis  
vestigalia sive redditus publicos à fis galibus &  
fisco conducunt, dicti sunt publicani, commissis.  
quia publicum redimunt eoq; fru- Cod: 4, 61,  
untur. L. 1. 62.

74. Si vestigal non solvatur res in  
commissum cadit (unde res commissæ di-  
cuntur) i. e. confiscatur, hinc pœna  
commissi. C. 31, Rôp. b 20 §. 11. R. b. ff. l.

75. Commissum itaq; est delictum  
non solutæ pensationis. Committes  
re inter alias,  
delinquere  
notat. Calv.

76. Vicissim datur hic actio adversus  
publicanos, si vel ipsi vel eorû famuli quid  
illicite vel ultra prescriptum exegerint.

77. Quantæ audaciæ, quantæ temeritati sine  
publicanorum factiones, nemo est qui neciat. l. 12.  
Not. Lex

78. Donatio (quæ si doni datio) est a-  
ctus liberalis, quo nullo jure cogente  
ex mera liberalitate sponte quicquã  
alicui conceditur. l. 29, cap. 30, §. 11  
Tit: 5.  
De Donatio  
nibus. Cod:  
8, 54, 55, 56.

79. Est vel mortis causa 19, Erffb.  
C. 1, Jordb. §. 1.  
Et. 1.

Inter vivos  
dicitur, quia  
vivo testato  
re sortitur  
effectum.

St. l. vel non mortis causa, seu inter vivos, Sine ulla mortis cogitatione. de qua hic. 18, 21, in pr: St. l. 23, El. Erff b. 14, §, 2, Ryrā B.

80. Donator erit sui juris, & liber suarum rerum administrator. Prohibentur itaq; donare pupilli arg: c. 20, El. 15, St l Giffib liberi (nisi de castrensi pecunio) quamdiu potestati patrie sunt subiecti. arg. c. 4, El 3, St. l. Röp m: B. Si enim non possunt liberè negotiari E. nec donare. Certo etiam respectu uxoris, inquit Laccenig in Syn: juris. arg: c. 4, El Röp b 9, El 8, St l Giffib. nisi sit donatio mortis causa. Cap: 19, in pr: Erff b St l. mente captus, prodigus, cui bonis interdictum. & c. Donatio simplex legitimè facta non revocanda nisi notabiliter donatarius extiterit ingratus; tum quod fidei humanæ nihil magis convenit quàm servare conventa. l. 20. de transact. tum ne sub tali prætextu defraudent donatarios, qui fortè etiam ob causam multa vicissim præstant

Nam plus  
est donare  
quàm nego-  
tari.

stant

stant officia. In Jure N. certis in casibus, mortuo donatario, revocat donator. vid: C. 23, § 18. § 1, 20, Scl Erff b. & 6. Ciffum: B.

81. Non donandum in prejudicium heredum, 19, Erff b Scl 14, § 2, Ryrff Nec in fraudem creditorum. Et si modus in lege praescriptus excedatur, revocari potest donatio. lit: cap.

82. Donator de evictione (quam praestare illi dicuntur ad quos re ab alio evicta vel jure ablata est regressus) non tenetur, nisi dolose factum.

83. Non potest liberalitas nolenti acquiri. L. 19, p, 2. Nuda ratio non facit aliquem debitorem. l, 26. Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur. L. 29.

84. Donatio mortis causa est, quae fit propter mortis suspicionem & morte demum donantis confirmatur. l. 32, c. 14, § 1, Ryrff B 19, Erff b Scl arg: c, 23, Erff b § 1.

85. Revocari potest: 1, si donator reconvalescit aut periculo mortis exemptus fuerit, 2, si donator, mortuo donatario supervixerit, 25, § 18, Scl. Erff b. 3, Penitentia etiam interdum donantis, l. 30.

Ne sive liberalitas ei sit damnosa. l, 13, p, 2, Scl

Not, leges

Tit: 6.

De Mortis causa donationibus & captionibus. C. 8, 57.

Capis est acquisitio propter mortem alterius obveniens.



*Not. Lex* 86. Non videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors insequatur. l. 32.

*LIB. 40.* 87. Manumissio est libertatis datio sive de manu i. e. potestate dimissio E, g, hunc servum vel filium meum liberum pronuntio, quæ in nostra, ut & hoc temp. in Rep. Romana. est inusitata.

*Tit: 1.*  
*De Manu-*  
*missionibus.* 88. Manumittebantur olim præcipuè vindictâ, quæ erat festuca sive virgula quædam, quam prætoris licitor, præmissis solennibus verbis imposuit servi manumittendi capiti, in signum libertatis & datæ civitatis.

*Tit: 3.*  
*De Manu-*  
*missionibus* 89. Non est omninò necesse pro tribunali manumittere, itaq; plerumq; in transitu servi manumitti solent, cum aut lavandi aut gestandi aut ludæ satem pertinentibus imponuntur.

*Not. Lex* 90. Tribuitur hic universitatibus, collegiis, manumittendi potestas. l. 1.  
*Tit: 4.* 91. Est & species justæ consequendæ libertatis, si quis ultimâ voluntate manumissus fuerit.

*Tit: 4.*  
*de manumissis testâto.* 92. Libertas ad tempus dari non potest. l. 33.

*Not. Lex* 93. Fit & manumissio indirectè per fideicommissum, ut alia legata. E, g, rogo te, mi heres, ut servum meum manumittas.

*Tit: 5.*  
*de fideicommissariis libertatibus.* 94. *Lib*



94. Libertas etiam adimitur so-  
lenniter per testamentum, ut cætera  
legata, vel vigorem legis. l. un.

95. Statuliberi fuerunt in spe li-  
bertatis, qui statim liberi non fuerunt,  
sed statutam & destinatum in tempore  
vel sub conditione, libertatem habu-  
erunt, l. 1, hic.

96. Statuliberorum iura per heredem fieri  
non possunt duriora. l. 33.

97. Quidam sine solenni manu-  
missione interdum libertatem con-  
sequebantur, ut statuliberi & aliena-  
ti, ut manumitteretur.

98. Qui ob necem detectam domini præmium  
consequitur libertatis: fit orcinus libertus (id est  
qui directam ex testamento libertatem accepit, nec  
unquam patronum vivum habuit; quasi testatoris  
orco demissus & orci libertus.) l. 5.

99. Si manumittentes non sint do-  
mini aut manumissi fuerint in frau-  
dem creditorum, impeditur libertas.

100. Ipsa igitur, quæ &c. quod quidem per  
quam durum est, sed ita lex scripta est. l. 2, p. 1.

101. Præter libertatem olim etiam  
quidam manumissi ingenuitatem  
& equestrem dignitatem, salvo tamen

jure

Tit: 6.

De Adema-  
ptione li-  
bertatis.

Tit: 7.

De Statulis  
beris.

Not: Lex

Tit. 8.

Qui sine ma-  
numissione  
ad libertatem  
perveniunt.

Not: Lex

Tit: 9.

Qui & à  
quibus ma-  
numissi li-  
beri non fi-  
ant ad l. Æ-  
liam sentiã.

Not: Lex

Tit: 10.

de Jure sus-  
reorum an-  
nularum.

Ced: 6, 9.

jure patronatus, adipiscabantur, ve-  
luti illi qui jus aureorum annulorū,  
sive utendi aureis annulis à principe  
consequuti, quia quondam solum  
equestris ordinis hominibus annu-  
lis uti permissum erat, ideo concessō  
jure annulorum, concedebatur eti-  
am nobilitas.

102. Divus Commodus & ius annulorum  
datum ademit illis, qui invitis aut ignorantibus  
patronis acceperant, l. 3. Etiam foeminae ius an-  
nulorum aureorum impetrare possunt, & iura ins-  
genuitatis impetrare & natalibus restitui possunt,  
L. 4.

*Notabilis  
ores leges.*

Tit: II,  
De Natalib.  
restituendis  
Cod: 6. §.

Tit: 12.  
De Liberali  
causa. C,  
7, 16.

103. Quos Princeps natalibus re-  
stituit (*hodiè legitimati dicti*) plenè pro  
ingenuis habebantur. L. 3.

104. Cum questio status, an quis  
sit liber, ingenuus, aut servus, move-  
atur, appellantur talia judicia libera-  
lia sive liberales causæ: quippe ibidè  
de libertate agitur, actionesq; hinc  
dictæ præjudiciales.

105. Dolo autem non cum fecisse accipimus,  
qui non ultrò instruxit emptorem, sed qui decepit,  
L. 14, p. 2.

*Not: Lex*

Tit: 13.

106. De liberali causa agere pro-  
hiben-

hibentur qui majores 20. annis & ad pretium participandum venundari se passi sunt. Item adjudicati perpetuis vinculis<sup>o</sup>. L. 1.

Quibus ad libertatem proclamare non licet. C, 7, 18.

107. Liberti petentes ingenuitatem probabunt intra quinquennium à die manumissionis se esse ingenuos natos<sup>o</sup>. L. 2. 3. &c.

Tit: 14.  
Si ingenuus dicatur.

108. Liberales causæ non sunt perpetuæ, quoniam elapso quinquennio status quæstionem defuncto movere nõ permittitur, si modo ad deteriorẽ conditionẽ agatur. l. 1.

Tit: 15.  
Ne de statu defunctorum post quinquennium quæretur. C, 7, 211

109. Hic coërcetur nimia dominorum indulgentia, si quis ingenuus aut libertus, colludente domino vel patrono pronuntiatus fuerit, tunc ita libertus aut ingenuus factus, fit hic detegentis collusionem servus<sup>o</sup>.

Tit: 16.  
De Collusione detegenda.

110. Collusio est sub specie litis lusus, veluti quidam inter duos litigatores id agentes ex compacto, ut unus sinat se vinci ab altero. defin.

Cujac. & colludere dicuntur, qui non seriò, sed simulatè inter se contendunt.

COROLLARIA. I. ETBICA.

DE LIBERALITATE I.

**L**iberalitas est virtus moralis mediocritate servas in pecunijs medioeribus dandis, accipiendis.

2. Utrum liberalitas etiam quodammodo consistat in accipiendo? Aff.

3. Utrum avaritia sit deterius vitium prodigalitate? Affir.

4. An liberalitas & magnificentia specie aut gradu differant? Affir. Post.

2. POLITICA.

DE BELLO. I.

**B**ellum est publicorum armorum contentio, pacis consequenda gratia.

2. An aliud sit defensivum vel offensivum? A.

3. An iuste aliquando geri possit? Aff.

4. An tutum sit oppressis opem potentioris regis implorare? D.

5. An propter auctoritatem Papae pax inter Svecos & Casareanos feliciter inita, rescindenda? Neg.

